



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1773

VD18 90118677

§. 32. Laurentius Priulus Cardinalis mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](#)

XXXIV.
egrega-
Congre-
Conven-
eclesiam
ipatum
am pro-
eris im-
ditibus
nta De-
titutio-
die no-
uamvis
Socie-
rangelii
faculta-
ta me-
Mendi-
Insulis
Lusita-
ibidem
exfat-
Confli-
ris pro-
rationis
int, e-
lomate
n cau-
etanti-
necon-
is Ro-
XXII.

§. XXXII.

Sæcul. XVI

A.C. 1600.

*Laurentius Priulus Cardinalis
mortuus.*

Plures e Purpuratorum Collegio hoc *Ciac. in vita*
anno vivis erexit numerantur, & qui. *Clem. VIII.*
dem præter Madrutium, & Andream *tom. 4. p 283.*
Thuan. l.c.
Austriacum, de quibus jam supra men- *p. 899.*
tio recurrebat, die secunda Januarii Ve- *And. Viæ.*
netiis obiit Laurentius Priulus ex no- *in addit. ad*
bilissima Venetorum familia ortus, qui *Ciac. Purp.*
sub Joannis Patris sui cura omnibus *Dod. suppl.*
Nobilium exercitationibus, necnon di- *p. 465.*
vinis, humanisque literis apprime ex-
cultus sacræ militiæ nomen dederat, ac
paulo post apud Franciscum Magnum E-
truriæ Ducem, Philippum II. Hispaniæ,
& Henricum III. Franciæ Reges, ac de-
nique apud Gregorium XIII. & Sixtum
V. summos Pontifices cum eximia pru-
dentia, ac integritatis laude Oratorem
agebat: anno autem Christi millesimo
quingentesimo nonagesimo primo Ve-
netiarum Patriarcha electus utriusque
sexus Regulares, Clericosque ad eccle-
siasticæ disciplinæ normam tam pro-
prio exemplo, quam salutaribus decre-
tis, monitisque revocare fatigebat,
hancque in rem binas celebrabat Sy-
nodos, necnon Clericorum Seminario
quasdam ædes attribuens eosdem ad
excolenda literis ingenia animabat: de-

Q q 2 mum



Sæcul. XVI. **A.C. 1600.**

mum meritorum fama Romam delata
licet absens, a Clemente VIII. Papa
Presbyteris Cardinalibus anno Christi
millesimo quingentesimo nonagesimo
sesto die quinta Junii adscribebatur, ad-
jecto titulo S. Mariæ Transpontinæ, qua-
tamen dignitate auctus adeo nihil de
consueta sua vivendi ratione, ac Reli-
gionis zelo remittebat, ut potius piet-
atem in semetipso, disciplinæ studium in
Clericis sibi subjectis, ac liberalitatem
in pauperes, & Ecclesias novo fervore
adaugeret, tandem vero cum gregem
sibi commissum novem omnino annis vi-
gili cura rexisset, sexto Patriarchatus
sui anno fatis cedens condito libera-
li testamento ibidem honorifice sepul-
tus est.

§. XXXIII.

Georgii Radzivilii Cardinalis obitus.

Ciac. I. c. p. 99
**Aubery. in
vita Card.**

Hunc pari fato sequebatur Georgius
Radzivilius patria Lithuaniae Nicolai Radzivilii Olivæ Ducis, & Niello-
visii Palatini Vilnensis Filius, qui anno
ætatis suæ duodecimo nondum com-
pleto non sine singulari divini Numinis
providentia utroque parente orbatus
fuerat; quippe eo liberius piorum ho-
minum sollicitudine optimis moribus,
literisque exultus agnito Parentum
suo.